

Herf. 28. c. 7. & 78. 7.
i Hom. 4. pag. 56.
\* Hom. 2. in Resurrect. pag. 412. 413.
k De Instit. Virg. c. 6. n. 43. pag. 260.
I Hom. 4. pag. 56.
\* Hom. 2. in Resurrect. pag. 412. 413.

& Joſem, filias Eſther, & Thamar. Eius uxor Salome patrem habuit Aggaeum, fratrem S. Zachariae, S. Joannis Baptiſtae parentis. Eadem refert Nicephorus l. 2. c. 3. ex S. Hippolytho Portuenſi; ſed facile pro Portuenſi legendum Thebano, quod vitio ſortè Amanuenſium in textum irrepiſit. Porro Jacobum Apoſtolum Fratrem Domini inter filios Joſephi ex priori conjugio natos, agnoſcit etiam S. Gregorius Turonenſis Hiſtor. Francor. l. 1. c. 21. S. Epiphanius alio, quam ſupra adducto, loco (i) tradit, S. Joſephum priorem quandam conjugem è Tribu Juda viſiſſe, ex qua nati Jacobus, Joſe, Simon, & Judas, cum Maria, & Salome. Nihil diſcrepat S. Epiphanius à cæteris ſupra adductis, niſi in nomine duarum filiarum Joſephi. Eufebius agens de S. Jacobo Fratrem Domini, inter filios Joſephi (ex alio planè conjugio natos) illum accenſet. S. Hilarius in Matthæum c. 1. num. 4. agnoſcit pariter, fratres Domini in Evangelio notos patrem habuiſſe Joſephum, ex priori conjugio natos: Quasi Maria filii fuiſſent, & non potius Joſephus ex priori conjugio ſuſcepti &c. Satis communem eam opinionem eſſe faſetur Origenes in Matthæum, de ducamque dicit ex Evangelio apocrypho S. Petri, ſive è Libro Jacobi, nec tamen illam reſutat; tantumque abeſt, ut credat Joſephum Virginem fuiſſe, ut probari etiam ſibi demonſtret, Jeſum primum eſſe exemplar & ideam perfectæ virginitatis apud matres, quemadmodum Maria apud feminas. De Fratribus Domini ex Evangelio notis, declarat S. Ambroſius (k): Potuerunt fratres eſſe ex Joſepho, non ex Maria. Addit: Quod quidem ſi quis diligentius proſequatur, inveniet. Ambroſiaſter, ideſt Hilarius Diaconus Eccleſiæ Romanæ, quarti ſæculi Scriptor, id totum explicat luculenter ad Epistolam ad Galatas 1. 19. Jacobum enim Episcopum Jeruſolymæ filium Joſepho aſſignat; ex quo fratrem Domini appellatum arbitrat. Laudatur in eandem ſententiam S. Amphilochius (l), S. Gregorius Nyſſenus (\*), & S. Chryſoſtomus in Matthæum hom. 5. quanquam ipſe ambigüe loquitur. Reſutat hanc ſententiam S. Hieronymus in Commentario in Epistolam ad Galatas, ſed non iis argumentis, quæ aſſenſum extorqueant: In ipſo limine ad Librum ſuum adverſus Helvidium remittit; tum addit fratris Domini elogium ſibi promeruiſſe S. Jacobum propter egregios mores, & incomparabilem fidem, ſapientiamque non medianam. S. Auguſtinus in Epistolam ad Galatas ſcribens ad cap. 1. 19. relinquit in medio, num S. Jacobus parentem haberet S. Joſephum, ſive demum ſanguinis aliam conjunctionem cum Jeſu Chriſto haberet. Sed in Opusculo de Idiotiſmſ S. Scripturæ, poſt Lucubrationem illa ſcripto S. Jacobum filium Alphae aſſignat. Sed peremptoria adverſus hæc omnia de Jacobo, cui pater adſcribitur S. Joſephus, hæc unica ratio promittitur: quod ſcilicet cum Jeſus morti traderetur, vivebat adhuc

Maria mater Jacobi, cuius nomen legitur inter religioſas illas feminas, quæ præſentes ſpectaculo adſuerunt (n). Quis autem ſibi perſuaſerit, ſive Joſephum duas ſimul & ſemel conjuges adſcribiſſe, nimirum Mariam Jacobi, & alteram Mariam Jeſu parentem, ſive è geminis illis unam, i. e. Mariam Jacobi repudiſſe, ut duceret Mariam matrem Jeſu, qua de re altum eſt in Scripturâ, Hiſtoriâ, & Traditione ſilentium? Quod etiam multò erit abſurdius, ſi quis cum Patribus non infrequenter ſtatuit, geminas illas feminas ſortes fuiſſe (n). Cavet enim Lex ne talia inceſta connubia ineanant (o). Judicium ergo de virginitate S. Joſephi ſuſpendendum eſt; & fateamur oportet, ambiguum eſſe maximè quidquid de adſcita ante B. Virginem priori aliquâ conjugæ reſatiſque ex illa infantibus traditum eſt.

ARTICULUS IV.

Quomodo S. Joſephus connubium iniecit cum Virgine.

Veteres illi & apocryphi Libri (p), de quibus ſupra, & Patres nonnulli, eorum fidem ſecuti docent, Sacerdotes Templi Jeruſolymitani volentes conjugem aliquem quaerere Virgini Mariæ, ſeu potius Virginei illius pudoris teſtem, virum tanto munere dignum, omnes uxore viduos è Tribu Juda acceverunt in Templum, iniungentes inſuper, ut virgam quilibet ſuam deferret, exploraturi cuiuſnam virga floreret, ejuſque virgæ S. Spiritus in columbe forma inſideret; quo indicio Mariæ deſtinatus coniux agnoſceretur. Cum igitur omnes conſenſiſſent, virga Joſephi florem emiſit, & S. Spiritus è ſummitate virgæ volitans, capiti ejuſ inſedit. Nec mora, & Virginis coniux, & S. Puella cuſtos ſalvatur. Hanc traditionem ſecuti vulgò Piſtores, exhibent S. Joſephum florentem virgam manu tenentem, cujuſ ſummitati inſidet columba; ita, inquam, exhibent S. Virum ineuntem cum Virgine coram Summo Sacerdote connubium. Gemina fermè tradunt Eufathius Antiochenus in Hexaemeronem, Gregorius Nyſſenus Orat. in Nativit. Chriſti, & Epiphanius hæref. 78. num. 8. Nihil enim moramur in commentitiis hiſce fabellis variantia quedam minoris momenti. Nihil pariter habet apud nos authoritatis recepta apud Piſtores conſuetudo, neſcio qua traditione ſulta, exhibens Prophetam Agabum, qui ductam ab altero Virginem dolens, virgam ſuam frangit, tum & Carmelitarum cucullum, uti desperantes ſolent, induit.

in Marc. 16. 1. Luc. 24. 10. Matth. 27. 56. Jo. 19. 25.

n Hieron. in Matth. in Helvid. & Epif. 150. Theodoret. in Galat. Beda in Marc. Chryſoſt. ſermon. 480. Theophylact. in Matth. o Levit. 18. 18. Sororem uxoris tuæ in pelliculam illius non accipies, nec velabis turpitudinem ejuſ, illâ vivente. p. Evang. Nativit. B. V. Item Evang. B. Jacobi, num. 9.

q Vide Nyſſen. Orat. de Nativit. Domini pag. 779. Ambroſ. de Inſtit. Virg. c. 5. Epiphanius hæref. 78. c. 24. &c.

r Matth. 1. 19. s Matth. 1. 20. t In Luc. 1. 2. p. 5. p. 1283.

ARTICULUS V.

Joſephus, cum pragnantem Virginem intellexit, oppignoratam ne ſibi illam vel conjugem habebat?

Sine ambagibus quaſtionem hanc determinare videtur Scriptura illis verbis Matthæi 1. 18. Cum eſſet deſponſata mater ejuſ Maria Joſepho, antequam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu Sancto. Joſephus autem vir ejuſ, cum eſſet juſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. S. Lucas pariter de Joſepho habet c. 2. 4. Cum Mariâ deſponſatâ ſibi. Cum autem Græcum Verbum, quod redditur deſponſare, aequè pariter uſurpetur de conjugal nexu, Patres & Interpretes eâ in re committuntur inter ſe; alii enim pro conjugio, alii pro ſponſalibus tantum decernunt. Pſeudo Evangelium Nativitatis Mariæ habet, Joſephum nuptiarum jure de more in Templo celebrato, recepiſſe ſe in Bethleem patriam ſuam, rebus domeſticis cæteriſque ad nuptiarum celebrationem neceſſariis diſponendis; Mariam autem cum focis puellis in Galilæam apud parentes ſuos divertiſſe. Protevangelium S. Jacobi legit tantum, Joſephus coactum minis Summi Sacerdotis Mariam duxiſſe, cui dixit: Maria, ego te hodie recipio in Templo Domini, relinquant te verò in domo (uſquequâ regrediar). Quantum ad me, ego ad meam profeſſionem regredior, adibus ſcilicet conſtruentis: Deus ſopiet te. His omnibus ſatis intelligimus, verum conjugium ſcripturibus illis perſuaderi: quamquam non tale conjugium, quod copulam tanquam neceſſariam confeſſionem exigeret; tenent enim & Scriptores illi & Patres (q), S. Virginem Deo religione Parentum conſecratam, caſtitate ſuam Domino voviſſe. Veruntamen votum hoc à Virgine nuncupatum latuiſſe homines, & ipſum S. Joſephum credendum eſt; Patres enim doctiſſimi movent, Deum Virginem conjugem deſtinari, ut honori ejuſ conſuleret, & puerperii illius myſterium conjugii velamine celeretur. S. Auguſtinus inſinuare videtur, Joſephum Mariam duxiſſe, tanquam conjugem illâ uſurum: Neque enim cum eam videt deſponſatâ ſerunditate donatam, ipſe aliam quaſſet uxorem; cum utique nec illam quaſſet, ſi neceſſariam conjugem non haberet: ſed vinculum fidei conjugalis non ideo judicant eſſe ſolvendum, quia ſpes commiſcenda carnis ablata eſt. Modò ut ad propoſitam quaſtionem regrediamur, an ſcilicet Virgo conjugii, vel tantum ſponſalium vinculo alligata eſſet S. Joſepho, cum de myſterio Incarnationis ab Angelo reſcivit; qua opinio conjugium defendit, nititur Scripturæ illis verbis (r): Joſephus autem vir eju� &c. & Nolite timere accipere Mariam conjugem tuam (s). Affert etiam S. Ambroſius [t] illud

Evangelii de Joſepho, qui voluit Virginem remittere: Qui volebat dimittere, ait, ſatebatur acceptam. Et quidem nullum eſt niſi in conjugio divortium. Sed numquid non & ſponſam infidelem integrum eſt ſponſo dimittere? Docent Authores Judæi, oppignoratas puellas perinde ac conjuges haberi, ut nonniſi per literas divortii reſpiciantur (u). Origenes & Author Operis imperfecti in Matthæum (x), ſicut & Theophylactus, aliique plures volunt, Textum Evangelii: Cum eſſet deſponſata &c. conjugium reiſpâ deſignare.

Sed adverſa opinio & rationum momentis, & autoritate multum ſuperat. Textus Græcus ad literam ſonat ſponſalia. Ad hæc, Angelus ad S. Joſephum ait: Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam; non ergo antehac acceperat. Pſeudo-Origenes hom. 1. & 3. in diverſa loca Evangelii, qui exſcripiſſe videtur S. Hilarium, & ſubinde etiam S. Hieronymum, eorum opinionem de conjugio ſeu potius de ſponſalibus S. Joſephi cum Virgine adoptans, ſcribit, ante ortum Jeſu Chriſti Mariam ideo tantum conjugem Joſephi appellari, ut myſterium Incarnationis Diabolo occultaretur, & Mariæ Virginitas Judæis. S. Hilarius in Matth. 1. verum conjugium inter illos nonniſi poſt natum Chriſtum agnoſcit: Ergo & conjugis nomen ſponſa ſuſcepit, & poſt partum recognita tantum, Jeſu Mater oſtenditur. Apertior S. Hieronymus in Matthæum de S. Joſepho: Pene licentiâ maritali futura uxoris omnia noverat. Et aliquanto poſt ait de S. Joſepho: Cum virum audis, ſuſpicio tibi non ſubeat nuptiarum. S. Epiphanius hæref. 78. num. 7. 8. ſcitè obſervat, Evangeliam nunquam ſcripiſſe, Virginem nupſiſſe S. Joſepho, ſed tantum illam ſibi virum hunc ſanctum deſponſiſſe, nec ductam illam, ut conjux haberetur, ſed ut ſanctæ femina vir ſanctus eſſet cuſtos.

Deſponſa licet tantum Joſepho, adhuc tamen cum ſponſo Virgo morabatur; quod juxta S. Chryſoſtomum (y), Authorem Operis imperfecti & S. Bernardum (\*), Mos Judæorum erat, ut à die deſponſationis ſue uſque ad tempus nuptiarum, Sponſis Sponſa traderentur cuſtodienda. Sed conſuetudo iſta vix Authorum Judæorum teſtimonio probaretur: id tantum ſcimus, longum conſtitui ab illis intervallum inter ſponſalia & nuptias; cujuſ rei documentum exhibent Scriptura, Judæorum Libri (z), & hiſtoria ipſa, de qua agimus; cum trium menſium ſpatio Virgo oppignorata manſiſſet S. Joſepho, antequam conjugium celebraretur. Obſinet hodie pariter apud Judæos, ut puella oppignorata maneat interdum ſex menſium ſpatio, quin & anno ac ſæpe biennio, antequam conjugium incautur; quo temporis intervallo ſi forte pudorem ſuum violaverit ſponſa, adulterii rea haberetur, uti Thamar exemplo intelligimus.

u Vide Selden. Uxor Hebraicæ. l. 2. c. 1. & 8. x Origen. in Matib. Opus imperfect. in Matib. hom. 1.

y In Matib. hom. 4. \* Hom. 2. n. 12. in Miſſua eſt.

z Selden. Uxor Hebr. Leo Modena, Carem. Judaor. part. 3. c. 3. Baſnag. hiſt. Judaor. l. 5. c. 19. n. 12. Vide & Grot. in Matib. 1. 18.

r Matth. 1. 19. s Matth. 1. 20. t In Luc. 1. 2. p. 5. p. 1283. Affert etiam S. Ambroſius [t] illud Diſert. Cabinet Tom. 11.

ARTICULUS VI.

Cur S. Joseph dimittere S. Virginem meditabatur?

SI Joseph de pudore Sponsae suae ejusque innocentia optime persuadebatur, ut Authoribus quam plurimis visum, cur praegnantem illam intelligens, dimittere meditabatur? Si ream credebat, cur, justus enim esset, occulte dimittere illam meditabatur, & non potius palam denunciavit, ne conivere crimini videretur? An ignorabat, Deum non criminis tantum reos punire, sed & criminis conscios (a)? Reponitur huic objectioni, in Lege quidem permitti, ut foemina adulterii rea sitatur judicio (b); nihil tamen ea de re praecipitur. Qui tenet adulteram, stultus est, & impius, ait Sapiens Prov. 18. 22. Non tamen sustinuit S. Joseph, ut SS. Virginem quam foetam norat, incertus tamen quomodo, & forte vi oppressam suspiciens (c), apud se retineret; foris etiam ambigere poterat, num antea concepisset, quam sibi oppigneraretur. Profecto nihil aptius succurrisset illi, quam opportunum hoc dimittendi consilium. Potuisset ille quidem rem totam a Maria quaerere; sed numquid rem plane miram affirmanti credidisset? S. Viri angorem intelligens Maria, potuisset rem totam ita exponere, ut illi persuaderet; maluit tamen in silentio Deum opitulantiem & ambages Sponsi tolerantem opperiri.

a Rom. 1. 32.

b Levit. 20. 10.

c Vide Deut. 22. 24.

d Origen. in Dionys. hom. 1.

e Homil. 2. in Misus est.

qui cum Virginem hanc a Templo Domini receperim, minus caute illam custodiri? Tunc ad Mariam conversus. O tu in Sancto Sanctorum innutrita, manu Angelorum pasta, quid fecisti? Plorans ad haec mulier: Nullum ego admisi crimen, nullum hominem vidi. Cur ergo, ait Joseph, praegnantem video? Tum illa: Vivat Deus meus, unde haec mihi contigerint, ignoro. Ad haec verba obstupescens Joseph, reputabat intra se. Quid faciam? Si crimen ejus abscondo, criminis ego adversus Legem Dei damnor; si illam accuso coram populo, ne justitiam laedam, innoxiam poscens ad poenam, metuo; Paria ferme de veteri historia accepisse se profitetur Author Operis imperfecti in Matth. hom. 5.

Sed nihil tale in Scriptura; ex qua patenter intelligere videmur, cavisse Josephum, ne ambages suas Sponsa proderet, pudori ipsius & moerori consultum. S. Augustinus Epist. olim 54. nunc 153. ita de hac re philosophatur. Cum eam comperisset esse praegnantem, cui se noverat non esse commixtum; & ob hoc nihil aliud, quam adulteram esse credidisset, puniri tamen eam noluit, nec approbator flagitii fuit. Nam haec voluntas ejus etiam justitiae deputatur. Idem vir Sanctus alibi celebrat justitiam S. Joseph, qui cum praegnantem Sponsam intelligeret, non poterat non adulterii ream suspicari: Restabat itaque certa adulterii suspicio, in quo tamen rerum articulo plurimum cavet, ne miseram diffamaret: Voluit enim prodesse peccanti, non punire peccantem (f). Gemina ferme habet S. Chrysostomus in Matth. hom. 4.

f Aug. serm. 82. de verb. Evang. pag. 444. Nov. Edit.

ARTICULUS VII.

Quo sensu Joseph appellatur Justus?

IUSTI elogium ita exponunt Patres (g), ut reddat hominem virtute exultum, probum, aequum, & viri perfecti dotibus omnibus ornatum. Hanc enim ideam subdit Scriptura homini Justo, ut referat hominem perfectum & Deo gratum. Nec sane ambigendum est, virtutes omnes morales summo loco fuisse apud S. Josephum, virum a Deo tanta rei ministerium electum, Incarnationis nempe consortem, cui Jesus Christus educandus committeretur.

Strictius tamen alii nomen Justo accipientes, de viro intelligunt aequa omnibus referentem, & malis puniendis & virtuti praemio donandae aequae intento [b]. Intelligens Joseph Sponsam suam concepisse, fidem illis sponsalium servare nullatenus acquivit, juxta illud Prov. 18. 22. Qui tenet adulteram, stultus est & impius. Coepit ergo consilium ream dimittere; sed occulte peccantem noluit Legis rigori subdere, & palam diffamare. Clam ergo dare libellum repudii, sive alia quacumque ratione dimittere visum est: omnia ad exactas justitiae regulas. Praegnantem manifeste tenebat Mariam, quod satis erat superque ad suspicionem adulterii concipiendam, ac ream dimittebam. Cum vero fieri potuisset ut invita opprimeretur, morte dignam minime censuit; quare cavendum sibi duxit, ne ream susteret in judicio, Legis rigore puniendam.

g Chrysol. loc. cit. pag. 39. Author Oper. Imperf. in Matth. Maldon.

h Brugenf. Pise.

De S. Joseph S. Mariae Virginis Conjuge. 427

parente inventus est, nusquam alibi de illo. Subjungit Evangelista, Jesum parentibus suis obsequentem mansisse (r). Tandem Jesus supremum spiritum agens, Matrem suam Evangelista Joanni commendat (s); Josepho potius commissurus, si in vivis egisset, neque enim Jesus dissidiis gaudet, sed concordia & charitate (t).

Autumat S. Epiphanius haeres. 78. n. 10. obiisse illum 92. annorum aetate grandævum, paulo post inventum Jesum in Templo in Doctorem coronam. Pseudo-Augustinus defendit, vitam illum egisse adhuc cum Jesus in Caelum ascendit (u), in quam rem accommodat illud Genesis 27. 7. 9. Vidi quasi solem, & lunam, & stellas undecim adorare me; in sensu enim allegorico exponit Solem de S. Joseph, Lunam de Virgine, & stellas undecim de Apostolis ea occasione Dominum quem adorantibus. Sed talibus argumentis quaestio facti plane non probatur.

ARTICULUS VIII.

Quando obierit S. Joseph, & ubi sepultus?

SUPEREST tantum de viri obitu quaeramus. Recepta persuasio tenet, antea vitam clausisse, quam Jesus predicandum Evangelium susciperet; nusquam enim posthac legitur de illo in Evangelio, quasi de viro vita jam functo. Ideo Judei secum invicem missitabant: Jesus filius est fabri (n), sive idem ipse faber est, juxta S. Marcum (o), nec dictum ab illo unquam legimus: Versatur in medio nostri ejus pater; sed tantum: Versantur mater, fratres, & sorores (q). Mater ejus pariter & Discipuli ad Cana nuptias acciti venerant (q); nunquid & S. Joseph? Ex quo Jesus duodecennis in Templo delituit, & ab utroque

i In Matth. hom. 4. p. 39. 40. k In Psal. 118. 52. l Augustin. Serm. 82. m Isai. 58. 8.

n Matth. 13. 55. o Marc. 6. 3.

p Matth. 13. 56. q Joan. 2. 1. 3.

parente inventus est, nusquam alibi de illo. Subjungit Evangelista, Jesum parentibus suis obsequentem mansisse (r). Tandem Jesus supremum spiritum agens, Matrem suam Evangelista Joanni commendat (s); Josepho potius commissurus, si in vivis egisset, neque enim Jesus dissidiis gaudet, sed concordia & charitate (t).

Autumat S. Epiphanius haeres. 78. n. 10. obiisse illum 92. annorum aetate grandævum, paulo post inventum Jesum in Templo in Doctorem coronam. Pseudo-Augustinus defendit, vitam illum egisse adhuc cum Jesus in Caelum ascendit (u), in quam rem accommodat illud Genesis 27. 7. 9. Vidi quasi solem, & lunam, & stellas undecim adorare me; in sensu enim allegorico exponit Solem de S. Joseph, Lunam de Virgine, & stellas undecim de Apostolis ea occasione Dominum quem adorantibus. Sed talibus argumentis quaestio facti plane non probatur.

Obiit facile & sepulturae mandatus est S. Joseph in Nazareth patriam suam, ubi sedem fixit post reditum ex Aegypto (x), & ubi pariter subsistebat Jesus, cum minus praedicationis iniret. Non nisi aliquandiu post Capharnaum contendit; quam Urbem aliqui patriam credunt S. Josephi, sicut & Nazareth Beatae Virginis. Constat plane, Josephum fati nosse Capharnaitas; praedicante enim Jesu veritatem corporis, quod daturum se pollicebatur Discipulis, missitabant inter se cives illi: Nonne hic est Jesus filius Joseph, cujus novimus patrem & matrem? Quidquid sit, tempus mortis, & locus sepulturae aequae latent. Posterioribus seculis monstratum est Josephi, uti ferebatur, sepulchrum in valle Josaphat, non procul a Jerusalem; sed nihil de illo apud Veteres. Nec sane credimus eum obitum venisse S. Josephum, ubi nunquam superstes moratus est. Incertum esse hanc sepulturae locum, satis probat ignoratio, qua de Reliquiis ejus versatur; nullibi enim locorum sacra ejus ossa coluntur. Dies obitus ad 19. Martii notatur in Martyrologiis, ultra 800. annos vetustissimis, quem diem festum agit in ejus memoriam Ecclesia Latina; sicut & vigesimam Julii in eam rem assignant Coptae, & Orientales caeteri cum nonnullis Italiae Ecclesiis. Videtis Bollandistas ad diem 19. Martii.

r Luc. 2. 51.

s Joann. 19. 26. 27.

t Ambros. in Luc. 23.

u August. 5. Append. pag. 27. serm. 1. de S. Joseph.

x Matth. 2. 23.